UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio XCVI. Quid postulat idem præceptum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

Resp. Vt quam mihi cara eſt ſalus animæ meæ [a], tam ſtudioſè vitem & fugiam omnem idololatriam [b], magiam [c], incantationem, ſuperſtitionem [d], *non tamen* inuocationem Sanctorum † *ſed* cæterarum creaturarum [e]: vnicum autem & verum Deum recte agnoſcam [f], * *in ipſum ſolum credam ac ſperem*, ſumma humilitate [h], & patiẽtia [i] me illi ſubijciã, ab eo ſolo *& Deo* omnia bona expectem [k]; denique intimo cordis affectu ipſum amem *l*, reuerear [m], venerer *n*, adeo vt omnibus potius creaturis (*præterquam Sanctis:*) renunciem, quam vt vel minimum contra eius voluntatem committam [o].

† aut

* ipſi ſoli fidam &,

a Apoc.21.8.*b* Pſa.81.9.10.1.Cor.6.9.*c d* Deut.18.10.11.12.*e* Apoc.19.10. Deut.4.15. 19.Matth.4.10.*f* Ioh.17.3.Ier.9.24.*g* Ierem. 17.5.7.*h* 1.Pet.5.5.*i* Heb.10.36.*k* Pſ.37.5.Iac. 1.17.*l* Deut.6.5.Deut.10.12.*m* Pſ.34.10. Eccl.12.13.*n* Malach.1.6.*o* Mat.10.37.Mat.10. 28.Act.5.29.

QVÆSTIO XCV.

Quid eſt idololatria?

Resp. Eſt loco vnius Dei [a], aut præter vnum illum & verum Deum, qui ſe in ſuo verbo patefecit, aliud quippiam *ceu Deum* fingere aut habere, in quo ſpem reponas [b].

a Gal.4.8.1.Pet.4.3.1.Theſ.1.9.*b* Matth. 6.24.Col.3.5.Phil.3.19.

DOMINICA XXXV.

QVÆSTIO XCVI.

Quid poſtulat * idem *præceptum?*

* Secundum.

Resp. Ne Deum vlla imagine aut figura exprimamus [a], *quaſi vera ac viua*, neue vlla alia ratione eum colamus, quam qua ſe in ſuo verbo *Scripto vel Tradito per Eccleſiam* coli præcepit [b].

a Deut.4.23.Rom.1.22.23.*b* Deut.12.32.

QVÆSTIO XCVII.

An nullæ ergo prorſus fingendæ ſunt imagines aut ſimulacra?

Resp. Deus † *aliqua* ratione effingi debet [a], * *&* poteſt [b]. Creaturas autem etſi exprimere licet [c], † *non* vetat tamen Deus earum imagines fingi [d] aut haberi [e], quo vel ipſas [f], vel Deum per ipſas, colamus aut honoremus [g].

† nec vlla
* nec
† quidem

a Deut.4.12.15.16.17.18.*b* Eſa.40.18.25. Eſa.46.5.*c* Exo.35.30.31.*d* Deut.27.15.*e* Deu. 7.5.2.Reg.18.3.4.*f* Pſal.97.7.*g* Leuit.26.1. Deut.12.4.

a Deut.4.12. *Vocem verborum eius audiſtis formam penitus non vidiſtis*.12.15. *Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem: Ne forte errore deceptus, adores ea, &c.* *b* Eſa.40.18. *Cui ergo ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei. &c.* 45. *Cui aſſimilaſtis me & adæquaſtis? dicit ſanctus.*

a Resp. Quo ad eſſentiam, effigiari ne-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN